Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

December

C · xi · kl. Festum psen-
tacionis Marie virginis /
sicut post ablactacionem cum
esset triu annorum a parentibus
suis psentata e in templum /
et ipa p quindecim gradus
p quos ascenditur in templum /
p se ipam ascendit / ac si pfecte
fuisset etatis. Et hoc festum
solemnius celebratur ab omni
clero / in choro Bambergen /
ac etiam herbipolen / Rome
Gelasii pape / quinquagesimi
a beato petro.
D · x · kl. Rome natale
sancte Cecilie virginis et mris /
Que sponsum suum valerianum
et fratrem eius tyburcium ad
credendum xpo ac martirium
pdocuit / quos Almachius fecit
decollari / et ipa deinde mar-
tirisata e / igne quidem supatis
s gladio occisa e / anno dni
ducentesimo vicesimo quinto /
marci aurelii et commodi
impatorum temporibus
E · viii · kl. Natale sancti
Clementis pape et mris / qui
quartus a bto petro aplo
romane ecclie pontificatum
tenuit / sanctissime rexit /
egregie pdicavit / ad fidem
multos convertit et bapti-
sauit / et sub psecucione
traiani i mare pcipitatus /
martirio coronatur / Eode
die scte felicitatis matris
septem filiorum martirum /
que iubente antonino pxo
est decollata. / In ytalia
monasterio bobio depos-
cio sancti Columbani abbatis /
q multorum cenobiorum fun-
dator / et innumerabilium
pater extitit monachorum.
F · viii · kl. Rome na-
tale beati Crisogoni mris /
qui post longa vincula et
carceres p xpi confessione
toleratos / iubente diocleciano
capite cesus martirium consu-
mavit / et a zelo pbro clam
sepelitur / Civitate corduba
sanctarum virginum / flore et
marie / que post diutur-
nos carceres p xpo gladio
interempte sunt. / Item
rome sancti Crescenciani
martiris / qui in passione
beati Marcelli pape le-
gitur.